

M-s. 1297

an f.

R

2197.6

F. A. H. Maxß
1831 oho

ELEGIA DE
AGNO MACTATO IN PAS-
CHATE, SCRIPTA A VI-
TO IACOBÆO NO-
RIBERGENSE.



VVITEBERGAE.

ANNO

1556.

ELLEGIA DE

AGNO MACTATO IN PAS
CHATE SCRIPITA A VI
TO JACOBANO NO

CVM SACRIS RIBBERGENSIBUS
CANDIDISSIMIS CUM ALIO D. C.

SACRIS DEORUM SACRIS CANTUS
GLORIA SACRIS CANTUS SACRIS

TEMPUS HONORIS SACRIS SACRIS
IN SACRIS SACRIS SACRIS SACRIS

LOCIS SACRIS SACRIS SACRIS SACRIS
EXIGIS SACRIS SACRIS SACRIS SACRIS


IN SACRIS SACRIS SACRIS SACRIS
AUSPICIS SACRIS SACRIS SACRIS SACRIS

SACRIS SACRIS SACRIS SACRIS SACRIS
SACRIS SACRIS SACRIS SACRIS SACRIS

ERGO SACRIS SACRIS SACRIS SACRIS
QUE SACRIS SACRIS SACRIS SACRIS

IN SACRIS SACRIS SACRIS SACRIS
LAUDABO SACRIS SACRIS SACRIS SACRIS

ANNO
MDCCLXXII



INTEGERRIMO VIRO D. PHI-
lippo Bernbeckio ciui Noriber-
genſi mœcenati ſuo ob-
ſeruando.

CVM ſit Caſtalias fragantia ſparſa per artes,
Gaudeat in primis cuius odore Deus.
Sacra decet teneras cantare poemata Muſas,
Gloria folius creſcat ut aucta Dei.
Tempus honorifici cum Paſchatis ergo rediret,
In cruce quo Chriſtus mortis obiuit onus.
Hoc cecini ueterum celebri de Paſchate carmen,
Exigua captus pro ratione mei
Ingenuæ ductus pietatis amore ſed iſtud,
Auspicio tandem nominis edo tui.
Nam reuerenter ames cum uir celeberrime Muſas,
Plectra Meduſæi nate fouere chori.
Spero probaturus quod ſis mea ſcripta, legendi
Talia conueniens ſi tibi tempus erit.
Ergo legas placido iuuenilia carmina uultu,
Quæ tibi propenſo ſcripta fauore damus
Id quia ſi facies, grata te mente patronum
Laudabo uerſu ſplendidiore. Vale.

Vitus Iacobæus
Noribergeniſis.

ELEGIA DE AGNO MA-
ctato in Paschate.

CVm redeat tempus celebrandi Paschatis, olim
Hebræi festos quo coluere dies.
Et manducarunt præceptis cultibus agnum,
Ac celebrauerunt hæc benefacta Dei,
Dura remouisset Pharij quod uincula regis,
Præsentemq; suis exhibuisset opem.
Nunc quoq; festiuis Ecclesia nostra diebus,
Agnum Paschalem uoce sonante colit.
Agnus is est Christus, pro mundo uictima factus,
Cuius adoptati uindice morte sumus.
Qui Stigij uires & uincula sustulit hostis,
Noluit & mortis nos iuga dura pati.
Muneris illius memores decet esse camœnas,
Quas famulas summi conuenit esse Dei.
Hoc igitur celebra solenni carmine festum,
Musa creatorem nata sonare Deum.
Tu modo gnate Dei iuuenilibus annue cœptis,
Parua nec exigui desere plectra styli.

Cum Pharao populum cohiberet carcere, signis
Mirandisq; Dei nollet habere fidem.
Præcipit

Præcipit occisi Deus aspergantur ut agni,
Sanguine, seruandæ limina quæq; domus.
Angelus, Aegypti cum postea percutit ædes,
Transit, ubi tinctum sanguine limen erat.
Transitus hic Domini celebratur nomine nostri
Paschatis, electos prætereunte Deo.
Nam peccata Deus dum punit atrociam mundi,
Et plectit facti pro grauitate reos.
Sola tenet Christi tutas Ecclesia sedes,
Transit & offensi sæuior ira Dei.
Est conspersa sui quia sanguine largiter agni,
Arripit hæc Christi dum benefacta fide.
Cum sed in hac fuerit depictus imagine Christus,
Nostra leuaturus qui mala cuncta foret.
Nos decet adiunctis cognoscere ritibus agnum,
Quam sit is expressus conueniente typo.
De grege uult reliquo sumatur ut integer hoedus,
Et iubet hunc omni labe carere Deus.
Mandat ut, a patrijs ubi prodeat Hesperus undis,
Mactetur, solis deficiente uia.
Hoc etiam uult ut tingantur sanguine postes,
Omnis & affatæ uiscera carnis edat.
Azymus adiungi debebat deniq; panis,
Et comedi certo tempore tota caro.

A iij. Hic

Hic fuit Hebræis comedendo ritus in agno,
Nunc breuiter tectos commemorabo typos.
Integer est Christus, non ulla labe notatus,
Masculus, æterno de genitore fatus.
De grege quod reliquo sit desumendus, id ortum
Denotat, hinc Christi stirps, & origo patet.
Scilicet Israël quod sit de semine Siloh
Venturus, sicut Biblia sacra docent.
Debuit hic igitur nasci de stirpe Iacobi,
Ferreq; primæuum non aliunde genus.
Victima debebat mactari uespere, tempus
Vnde patet, Christus quo moriturus erat.
Mortuus est etenim postremo tempore mundi,
Dum declinaret fessa senecta caput.

Aspersere suos profuso sanguine postes,
Pectora nam Christus nostra cruore lauat.
Abluitur per quem peccati sordida massa,
Dum pia corda fide purificata facit.
Vult Deus a populo carnes comedantur ut assæ,
Inde redemptoris passio tota patet.
Nam patris ingentem Christus dum sustinet iram,
Placatumq; cupit restituisse Deum.
Tormina iudicij diuini sentit & ignem,
Et uidet offensi quanta sit ira Dei.

Ipsius

Ipfius afpectu peccati corpora manant
Sanguine, fub primo mortis agone fuæ.
Poſtea cum pendet membris diſtentus in auras,
Omnia conſueto membra uigore carent.
Victima diuini torretur ab igne furoris,
Debita conatur dum dare $\lambda\upsilon\tau\epsilon\alpha$ patri.
Et comedunt aſſum, ſicut Deus exigit, agnum,
Ad reſiſcendum quos mouet ira Dei.
Quorum, per ſpeculum quaſi, lex peccata reuelat,
Et facit ut uero corda dolore tremant.
Qui ſed hypocrifeos tingunt ſua corda ueneno,
Vipereo quorum pectora felle ſcatent.
Aut Epicuræi ſectantur dogmata cœtus,
Atq; uoluptates mente fauente probant.
Hi comedunt crudum, crudo cum pectore uiuant:
Sinceraq; carent agnitione Dei.
Dogmata contemnunt ſancti cœleſtia uerbi,
Impia dum ſtatuuut facta latere Deum.
Omnibus in uitijſ coeca ſe mente uolutant,
Deniq; carnis iter coecutientis eunt.
Inde cateruatim phlegetontis aguntur in undas,
Ac ibi dant pœnas, quas meruere, Deo.

Azymus eſt panis, cum dogmata pura docentur,
Sicut ſunt uiua tradita uoce Dei.

A iiij Partibus

Partibus hunc etiam reliquis adhibere iubemur,
Dogmata namq; Dei pura sonare decet,
Fermento careant, nullo sint oblita fucō,
Debitus his pure sed tribuatur honos,
Plausibilis quare non debet opinio fingi,
Obducta fucum quæ quasi nube tegat,
Aufonij cedant deliramenta Tyranni,
Hic quia fermentis non locus ullus erit:
Conuenit huic nostro tantum cibus azymus agno,
Cor purum, purè quod sacra scripta docet.

Integra de Christo debet doctrina doceri,
Agnum ideo totum nos Deus esse iubet,
Hæresium ualeant quare deliria, partem
Veræ doctrinæ quæ retinere solent.
Et quia deprauant oracula coelica tectis
Præstigijs, quando schismata crebra mouent,
Pectora conspergent nunq; sua sanguine Christi,
Hos igitur Stigiæ poena manebit aquæ.

More uiatorum sed quod Deus esse paratos,
Ad consummandum nos iubet istud iter,
Denotat, in uitæ misera quod ualle premamur,
Cum sit in exilij uita caduca loco.
Fata quod expectent miseræ nos ultima uitæ,
Subq; suum mortis nos uocet hora iugum.
Expositi

Expositi uarijs quod simus & undiq; telis
Fortunæ, dubium dum gradiamur iter.
Ac patres sanctos, ita cincti quando steterunt,
His credo uerbis admonuisse suos :
Hic iubeat ritus quid nos præstare, uidetis,
Nos de mortali conditione monet.
Et simul hortatur, cum tanta pericula restent,
Hac sint in uita quæ subeunda pijs.
Simus ut accincti, ne tot discrimina mortis
Nos moueant, nostri fors nec acerba iugi.
Hæc igitur nostro figentes pectore, uitæ
Impositum placida mente feramus onus.
Ducat in æternæ donec nos regna salutis,
Aerumnisq; leuet pectora nostra Deus.
In tantis ubi non uiuemus Syrtibus, anceps
Nec nos fortunæ casus, ut ante, teret.
Exempti sed ab his cœlesti pace fruemur,
Acerimus superæ turba beata plagæ.
Hac ita, sunt alios hortati uoce propinquos,
Iudicio mentis qui ualuere uiri.
Hæc etiam nostris solatia mentibus addant,
Nos premit aduerso si Dea cœca gradu.
Firmiter ut certa statuamus mente, colamus
Quod trinum uera simplicitate Deum.
A v Nostraq;


Nostræq; mactati sint pectora tincta quod agni,
Sanguine, reddatur lenis ut ira Dei.
Christus & educat quod nos de carcere mortis,
Reddat & ætherei regna beata poli.
Sicut & iratum mare non absorpsit eantes,
Hos eduxit ubi dextera sancta Dei.
Sic etiam non hos absorbent uincula mortis,
Pectora sunt quorum constabilita fide.
Hostia quod Christus noster sit factus, & agnus,
Cuius in hoc sit mors effigiata typo.
Hæc igitur memori uoluamus pectore, festo
Paschatis hoc, Christi cum celebratur honos.
Atq; Deo meritas peragamus deniq; grates,
Nostra quod hoc fuerit uindice parta salus.
Christe Dei soboles, mens omnis originis expers,
Qui pretio placas æquiualente patrem
Cum fueris nostra dignatus uictima causa,
In cruce pro nobis mortis obire uices.
Effice te dignis omnes ut laudibus ornent,
Sinceræ studium qui pietatis habent.
Spiritus in nobis faciat domicilia sanctus,
Ardeat & nostrum pectus amore tui.
Donec in æthereæ migremus gaudia uitæ,
Simus & æternæ pars quotacunq; scholæ

F I N I S.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

F I N I S





153028

AB: 153028

ULB Halle

3

003 486 044




86



[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, possibly Gothic or Carolingian minuscule. The text is arranged in columns and includes several large, decorated initials in red ink. Some lines are underlined with red ink.]





ELEGIA DE
AGNO MACTATO IN PAS-
CHATE, SCRIPTA A VI-
TO IACOBÆO NO-
RIBERGENSI.



VVITEBERGAE.

ANNO

1556.